

Capitulū quartū.

isti: et quod super aspidem et basiliscum concubitat non legisti. Sed illud quidem exemplum profert quasi superbus: hoc autem tacet quasi astutus. **M**atthaeus vere filius dei angelorum manibus non portat. sed ipse magis angelos portat: nec enim creatura portat creatorem: sed creator creaturam. Si autem creatura portat creatorem: ergo creator antequam faceret creaturam quae portabatur? **M**atthaeus vel si portat manibus angelorum: non ideo portat ut non offendat ad lapidem pedem suum quasi infirmus: sed propter horum potentiam quasi dominus. Sicut scriptum est: Qui sedes super cherubim appareat. Et illud quidem quod refert diabolus quod in persona christi dicitur verum est: sic enim dicitur. **Q**uoniam tu es dominus spes mea: altissimum posuisti refugium tuum etc. Sed non de christo dicitur etiam istud: sed de omni homine in isto: quorum personam christus suscepit.

Respondit ad eum

Scriptum est: Non tentabis dominum deum tuum. **N**on offit non tentabis me dominum deum tuum: ne se manifestaret deus: sed ita non tentabis dominum deum tuum. Quod poterat dicere. et omnia homo dei tentat a diabolo. **Q**uoniam et qui hominem dei tentat: mebrum diaboli est. Sic ergo ex hoc responso incertum transit ad tertiam. Dixit enim apud se: Tria haec retia extensa habeo super omnes mundum: ut quicumque euaserit de retibus gulae: incurrat in retia vane gloriae: qui euaserit de retibus vane gloriae: incidat in retia auaricie. De his autem tribus retibus adhuc nullus hominum ad perfectum euasit: et si euasit non integer sed contritus euasit. **I**dem autem tamen retia veteris dirupit: retia vane gloriae transiit: ponam nunc ei auaricie: et ostendam illi omnia regna mundi: si concupserit ea: scio quia homo est. **M**atthaeus omnes homines propter auariciam pecuniarum et propter vanos homines fuerunt mihi: si autem contempserit ea: scio quod filius dei est. **N**ec ei poterit desiderare quod ipse creauit nec delectat tremis quod frui celesti

bus. **M**atthaeus si alius metiebat sua esse omnia: apud se tamen sciebat quod non erat ei sed dei.

Et sic assumpsit eum

super montem excelsum valde. **I**que ipse diabolus circūiens omnem terram excelsozem ceteris cognoscebat. Et ostendit illi omnia regna mundi: et homines eorum. **F**orte traheas apud te quasi potuit esse ille mons de quo omnia terra videbat: et si erat super omnem terram: quod tamen poterat in quantum ad carnem totam terram illi ostendere. **M**atthaeus si quantum ad diuinitatem suam videbat. tamen quantum ad diabolum ostendere illi non poterat: quod hominem estimabat. Sed ita intelligendum est. Assumpsit eum super montem excelsum valde: quod quanto magis excelso fuerit mons: tanto magis aspicientem ex eo spaciosior terra videtur. **O**stendit autem ita: non ut ipse regna vel ciuitates eorum vel populos vel auras vel argentum videret: sed partes terre in quibus uniuersumque regnum vel uniuersumque regni ciuitas posita erat. ut puta si ascenderes super excelsum locum digito ostendit. **E**cce tibi est roma aut ibi est alexandria. non sic tibi ostendo ut ipse videas ciuitates sed partes terre in quibus posite sunt. Si enim naute vnica stella aspicientes non dicam ad vnquamque vel insulam vel puiciam: sed ad vnquamque ciuitatem et ad singula loca quae petunt sine aliquo errore aut deuagatione dirigunt cursum. **Q**uanto magis diabolus qui princeps aeris potest tunc totam terram non solum sciebat. sed etiam videbat: poterat christo certissime singula loca demonstrare et uniuersumque regni homines et statum vobis exponere? **n**am non solum ostendit dicitur quod ostendit ad videndum: sed etiam quod exponit ad intelligendum sicut scriptum est. Ascendamus in montem dei iacob: et ostendet nobis viam suam: et ambulabimus in ea.

Hec omnia tibi dabo si prociens adoraueris me. **N**on ostendera